Informes voltus sparsamque cruore nefando
canitiem sacrasque manus operumque ministras
tantorum pedibus civis proiecta superbis
proculcavit ovans nec lubrica fata deosque
respexit: nullo luet hoc Antonius aevo.
Hoc nec in Emathio mitis victoria Perse
nec te, dire Syphax, non fecit ⟨in⟩ hoste Philippo,
inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
afuerunt nostraeque cadens ferus Hannibal irae
membra tamen Stygias tulit inviolata sub umbras.

---

tragica . . . syrma 14

---

## SEXTILIUS ENA

Deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae

---